

Quoniam sex diebus perficitur universalis rerum condicio, et sex etatibus perficitur hominum reparatio, scire autem tempora hominum, qui principaliter statum mundi in ipsis sex etatibus rexerunt et principaliter nominati et magnifici fuerunt, multum inter alia confert theoloyca peritis: et ideo ad horum habendam cognitionem subscribitur tabula presens distincta per sex etates. In prima namque columpna huius tabule, que est de littera grossa de nigro colore et rubeo, ponuntur ipse persone cum temporibus suis. In secunda vero columpna, que est de littera minima et nigra, ponuntur queque¹ precipua acta² que in ipsis temporibus evenerunt. Numerus vero de nigro, qui numero de rubeo superponitur ab Adam usque ad Christum, est secundum opinionem 70 interpretum. Qui ideo ponitur, ut, cum lector³ in computatione annorum codices viderit discrepare et causas⁴ diversitatis possit agnoscere, anno⁵ minori fidem magis debeat adhibere.

Explicit prologus modi exequendi sacram scripturam.

Sacre scripture

F. 1—15. Die Geschichte des alten Testaments. Die alte Ordnung, von der im Prolog gesprochen, ist hier nicht erhalten. In dem Catalogus pontificum jedoch, welcher zunächst f. 15—30' folgt, stehen die Jahreszahlen, Namen und Zeitangaben der Päpste in der rechten Columne, das übrige in der linken, die Jahrzahlen roth. Es ist fast alles dürftigster Auszug aus Martin von Troppau.

F. 15. Hic sequuntur notabilia acta sub Romanis pontificibus gesta.

A nativitate Domini pontifices presederunt 34. Petrus annis XXXVI, mensibus 7, diebus 8.

Hic Petrus apostolorum princeps

Schlusspartie der Papstgeschichte f. 30.

1261. Urbanus 4^{us}, 3, m. 1, d. 4.

Hic, natione Gallicus, comiti Provincie Karolo, fratri regis Francie, regnum Sicilie, ut ipsum Manfredo iniusto detentore ipsius eriperet, contulit, exercitum etiam Sarracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesie miserat, per cruce signatos fugavit. [Instituit festum corporis Christi]⁶.

1264. Clemens 4^{us}, 3, m. 9, d. 21.

Hic, natione Provincialis, plerisque de bello regis Karoli desperantibus, quod commissurus contra Corradinum erat, in publico sermone predixit Corradinum tamquam victimam intraturum et Karolum victoriam habiturum, quod et rei probavit eventus. [Hic canonizavit sanctam Hedwigem].

1) 'q̄' Hs. 2) 'atteñ' Hs. 3) 'lre' Hs. 4) 'causis' Hs. 5) 'anni' Hs. 6) Was in Klammern geschlossen ist, steht ebenfalls in der rechten Columne.